

## Band VII., Nr. 2360, Seite 258

*Bischof Hartmann von Augsburg schenkt dem Abt und Konvent von Lorch  
die Kirche in Welzheim mit aller Zugehör.*

Ohne Ortsangabe, 1273. September 5.

Hartmannus dei gratia ecclesie Augustensis episcopus universis presentium inspectoribus salutem in domino. Ne res presertim digne memoria oblivionis devio perimantur, expedit eas scripture et testium subsidiis adiuvari. Cuius rei causa notum esse volumus universis tam presentibus quam futuris, cum ius patronatus ecclesie Wallenzin dilectis in Christo abbati et conventui monasterii in Lorch pertineat pleno iure, quod nos de capituli nostri unanimi consilio et assensu propter grata et fidelia servitia ab ipso monasterio nobis et ecclesie nostre pluries impensa predictis abbati et conventui nunc et in posterum cupientes pie in domino providere ecclesiam antedictam Wællenzin cum omnibus suis attinentiis eisdem abbati et suo conventui donamus et donavimus tam in spiritualibus quam in temporalibus regendam perpetim et tenendam, ita tamen ut ad regimen ipsius ecclesie clericum secularem ydoneum nobis et nostris successoribus pro vicario instituendum representent, cui etiam in tam honesta prebenda provideant, ut episcopis Augustensibus archidyaconis et decanis loci in iuribus obedientiis debitis et consuetis valeat respondere. In cuius nostre donationis evidens testimonium et perpetuam firmitatem presentes nostro et capituli nostri sigillis fecimus communiri.

Actum et datum anno domini millesimo CCLXXIII., nonas Septembris.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

Zwei Stränge von grün-weiß-gelb-roten Seidenfäden sind noch durch die Urkunde geschlungen.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

HStA Stuttgart

**Signatur/Titel des Originals:**

A 499 U 796

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Ohne Ortsangabe

**Ortsindex:**

Augsburg, A

Kloster Lorch Wohnplatz (4658)

Kloster Lorch, Lorch, AA

Welzheim Wohnplatz (1669)

Welzheim, WN